18 Bullen Pabſt Innocenz IV.

Aus dem Copiarium des Cölner Domſtifts.

Mitgetheilt von Dr. Cardauns.

Ein Pergamentband des Cölner Stadtarchivs, betitelt copiae diplomatum ecclesie Colonien.,[1]) enthält mehrere Hundert zum Theil ungedruckter Urkunden, die meiſtens eine ſpecielle Bedeutung für die Geſchichte Cöln's beſitzen. Dies höchſt werthvolle Copiar iſt, wie die ſchönen, feſten Schriftzüge unzweideutig verrathen, im 13 Jahrhundert angelegt, und zerfällt in 3 Abtheilungen: A. 41 littere papales. B. 17 litt. imperiales seu regales. C. 250 Urkunden von Cölner Erzbiſchöfen, dem Domcapitel ꝛc. Außerdem ſind von ſpäterer Hand der erſten Abtheilung 5 päbſtliche Bullen, der dritten 90 Urkunden beigefügt. In A befinden ſich allein von Pabſt Innocenz IV. 18 Bullen, darunter 15 unſeres Wiſſens ungedruckt, die wir theils in extenso, theils im Auszug beifügen. Die 3 übrigen ſind nur nach den Copien der Gelen'ſchen farragines gedruckt, wir beſchränken uns hier auf Anmerkung der Varianten. Die mit VII, XXXVII, XXIII und XV bezeichneten Stücke bilden vier wichtige Glieder in der langen Kette von Gunſtbezeugungen, mit welchen Innocenz die ihm durch Erzbiſchof Conrad v. Hochſtaden ſo eng verbundene Cölner Kirche überhäufte. Zu Beurtheilung von VII und XV, in welchen auf die beigefügten Clauſeln (nisi legitime probatum fuerit . . ., si tibi constiterit . . ., que de bonis eiusdem capituli alienata inveneris i l l i c i t e vel distracta) beſonderer Nachdruck gelegt werden muß, ſind die zum Theil in ähnlichen Ausdrücken abgefaßten comoniſchen Beſtimmungen decret. Greg. lib. III. tit. XIII (beſonders cap. XI) und tit. XI, c. I zu berückſichtigen.

Bezüglich Interpunction und Setzung großer Anfangsbuchſtaben glaubte ſich Einſender dem heute beſtehenden Uſus anſchließen zu dürfen, die Orthographie des Copiars iſt unverändert beibehalten.

---

1) Ein zweites Exemplar befindet ſich ſeit dem Jahre 1854 auf dem Provinzialarchiv in Düſſeldorf, wohin es von Darmſtadt zurückerworben wurde. Es iſt beſchrieben und vielfach benutzt in der Abhandlung über die „Geſchichte des Cölner Domcapitels in Hüffer's Forſchungen auf dem Gebiete des franzöſiſchen und rheiniſchen Bürgerrechts. Münſter 1863. S. 251.

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

VII. Innocentii IV. Quod archiepiscopus capitulum et clerus colon. non teneantur ad solucionem aliquorum debitorum ecclesie col. non conversorum in utilitatem ipsius ecclesie.

Innocencius episcopus servus servorum dei venerabili fratri... archiepiscopo et dilectis filiis capitulo ac universo clero civitatis et diocesis coloniensis salutem et apostolicam benedictionem. Provisionis nostre provenire debet auxilio, ut vos, quos sincera diligimus in domino caritate, ea favoris gratia prosequamur, qua vestris accrescat profectibus et gravaminibus obvietur. Cum igitur indignum sit, ut inde aliqui incommodis aggraventur, unde nullum commodum assequuntur, nos vestris precibus inclinati quod non teneamini ad solutionem aliquorum debitorum ecclesie coloniensis, nisi legitime probatum fuerit et ostensum, quod debita ipsa fuerint in utilitatem eiusdem ecclesie seu ipsius capituli vel cleri coloniensis conversa, vobis auctoritate presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni III. non. septembris pontificatus nostri anno quarto.

VIII. Item eiusdem super eodem ad universos iudices delegatos.

Innocencius . . . . dilectis filiis universis iudicibus contra venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum et dilectos filios capitulum et clerum colonien. a sede apostolica delegatis . . . . Folgt Mittheilung des vorſtehenden Privilegs in faſt identiſchen Ausdrücken. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus archiepiscopum capitulum vel clerum predictos ad aliqua debita persolvenda, nisi vobis plene per legitima constiterit documenta, ea fuisse conversa in utilitatem ecclesie coloniensis cleri vel capituli predictorum, auctoritate litterarum sedis apostolice nullatenus compellatis. Datum Lugduni III. non. sept. pont. nostri anno IV.

IX. Item eiusdem Innocencii IV. super eodem conservatoria ad epischopum (sic) parisiensem.

Innocencius . . . . venerabili fratri . . episcopo parisiensi. Folgt Mittheilung des Inhalts von VII u. VIII. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem archiepiscopum capitulum et clerum non permittas contra concessionis nostre

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum wie oben.

X. Item eiusdem Innocencii ad eundem episcopum conservatoria super eodem.

Mittheilung des Inhalts von VII u. VIII. Cum autem super hoc sub certa forma sicut accepimus sis conservator deputatus a nobis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem super hiis contra indulgentie huiusmodi et mandati tenorem non permittas ab aliquo indebite molestari, nullis obstantibus litteris preiudicantibus eidem indulgentie obtentis super predictis debitis a sede apostolica seu eciam obtinendis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni V. kl. decembr. pont. nostri anno V.

XI. Item eiusdem super eodem conservatoria ad episcopum parisien.

Fast wörtlich wie X. Nach eciam optinendis folgen die Worte: aut instrumentis aliquibus in quibus prefati archiepiscopus capitulum et clerus fateantur ipsa debita fuisse in utilitatem ecclesie supradicte conversa, nisi alias legitime de conversione huiusmodi doceatur. Contradictores . . . . Datum Lugduni XII. kl. ian. p. n. a. V.

XII. Item eiusdem super eodem conservatoria ad archidiaconum leodiensem.

Innocencius . . . . dilecto filio Gerardo de peis archidiacono leodiensi . . . . Mittheilung des Inhalts von VII und VIII, dann Vollmacht wie in X für den Bischof von Paris. Datum Lugduni X. kl. novembr. p. n. a. V.

XXXVII. Innocencii IV. quod archiepiscopus col. et capitulum trahi non possent in causam extra civitatem et dyocesim col. durante persecucione ecclesie.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo et dilectis filiis capitulo coloniensi salutem et apostolicam benedictionem. Exigentibus vestre devotionis meritis votis vestris libenter annuimus et petitiones vestras quantum cum deo possumus favorabiliter exaudimus. Vestris itaque supplicationibus inclinati ut in causam trahi extra civitatem vel diocesim coloniensem quam exire vobis hoc tempore non est tutum per lit-

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

teras apostolicas non possitis ecclesie persecutione durante auctoritate vobis presentium indulgemus, nisi littere ipse plenam fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Lugduni VI. kl. aprilis pontificatus nostri anno quarto.

IV. Innocencii pape IV. conservatoria ad decanum bunnensem quod archiepiscopus et clerus col. ad causas trahi non possint extra civitatem col.

Innocentius . . . . folgt Mittheilung des vorſtehenden Privilegs. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictos archiepiscopum et capitulum non permittas super hiis contra concessionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatoris huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum wie oben.

XXIII. Innocencii IV. quod capitulum coloniense non teneatur recipere aliquem in canonicum ad provisionem legatorum sedis apostolice nisi de speciali mandato pape.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . . archiepiscopo et dilectis filiis capitulo coloniensi salutem et apostolicam benedictionem. Promerente tam vestre devotionis promtitudine quam fidei puritate constantis vos speciales inter devotos Romane ecclesie reputari dignum fore providimus, ut personas vestras et coloniensem ecclesiam speciali prerogativa favoris et gratie prosequentes peticionibus vestris quantum cum deo possumus favorabiliter annuamus. Cum igitur apostolica sedes que se liberalem exhibet universis frequenter propter importunitates petentium consueverit scribere pro beneficiis conferendis, ex quo interdum ecclesie reputant se gravari, nos vestris supplicationibus inclinati paci et tranquillitati vestre ac colon. ecclesie paterne volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicuius in pensionibus vel prebendis seu dignitatibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius per litteras generales aut alias minime valeatis absque speciali mandato sedis eiusdem faciente plenam de coloniensi ecclesia et hac indulgencia mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

eius se noverit incursurum. Datum Lugduni I. Kal. augusti [p. n. a. III.]

XXIV. Item Innocencii IV. super eodem ad decanum et scolasticum sancti Pauli leodiensis.

Innocentius . . . . dilectis filiis . . decano et . . scolastico sancti Pauli leodiensis salutem et ap. b. Folgt Mittheilung des Inhalts von XXIII mit der Aufforderung, Erzbiſchof, Capitel und Kirche von Cöln bei dieſem Privileg zu erhalten. Datum Lugduni II. kl. augusti p. n. a. III.

XXV. Item Innocencii IV. super eodem.

Innocentius . . . . dilectis filiis . . decano et capitulo colon s. et ap. b. Paci et tranquillitati ecclesie colon. paterna volentes sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut per litteras apostolicas vel legatorum apostolice sedis in eadem ecclesia alicui provideri non valeat, nisi expressa in eis de ipsa ecclesia mentio habeatur. Nulli ergo . . . wie oben. Datum Lugduni III. kl. febr. p. n. a. VI.

XXVIII. Innocencii IV. ad abbatem de Bruwilre quod capitulum colon. non teneatur aliquem recipere in canonicum nisi de speciali mandato sedis apostolice.

Innocentius . . . . dilecto filio . . . abbati de Bruilre (!) colonien. diocesis s. et a. b. Folgt Mittheilung des Inhalts von XXV nebſt dem gewöhnlichen Auftrag Datum wie in XXV.

XV. Innocencii IV. mandatum ad . . decanum bunnensem quod bona ecclesie col. alienata vel distracta revocari procuret.

Innocentius ep. s. s. dei dilecto filio . . decano ecclesie bunnensis col. diocesis s. et a. b. Decet potestate vel dominio presidentes, ut sua re contentos faciant quibus presunt, ne indebite sibi vendicent vel iniuste detineant alienum. Cum igitur sicut dilecti filii capitulum ecclesie colon. nobis exponere curaverunt, nonnulle possessiones terre ac alia bona ipsius capituli per concessiones et confirmaciones ipsorum improvidas alienata sint illicite ac distracta in gravem prefati capituli lesionem, presencium tibi auctoritate mandamus quatinus possessiones terras et bona predicta, si tibi constiterit capitulum ipsum ex hoc enormiter esse lésum, non obstantibus concessionibus confirmationibus predictis seu etiam litteris si que super hoc facte fuerint, necnon alia que de bonis eiusdem capituli alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprie-

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

tatem eiusdem capituli studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Lugduni III. nonas septembr. p. n. a. IV.

XXXVIII. Item eiusdem (Innocencii) decano bunnensi quod bona capituli alienata et distracta ad proprietatem ecclesie revocari procuret.

Eingang wie in XV. Cum igitur sicut venerabilis frater noster . . archiepiscopus et capitulum colonien. nobis exponere curaveruut, nonnulle possessiones, terre ac alia bona colonien. ecclesie per predecessorum suorum concessiones et confirmationes incautas capituli col. minus provide accedente consensu alienata sint illicite ac districta (l. distracta) in gravem ipsius ecclesie lesionem . . . Im Uebrigen gleichlautend mit XV, auch die Datirung identiſch.

XIII. De indulgenciis concessis eis quie in die dedicacionis ecclesie col. advenerint.

Nach der Copie in Gelen farrag. abgedr. in den Quellen z. Geſch. der Stadt Cöln II, Nr. 243. Varianten: Innocencius. forcius. apparuit. tenentur (!). in quibus. abolendum. vivens. enigmata. et in domino hortamur. quatinus. ac reverentia. penitentibus. visitaverint. penitentia. II. kl. Augusti.

XIV. Innocencii IV. indulgencie concesse omnibus fidelibus ad fabricam ecclesie col. offerentibus scil. annus et XL dies.

Dieſe vielbeſprochene Bulle iſt zuletzt gedr. Quellen II, Nr. 276, nach der Gelen'ſchen Abſchrift. Varianten: opere sumptuoso (Quellen sumtuoso). dinoscitur (dign.). quatinus (quaten.). et vos (ut vos).

XVII. Innocencii IV. quod clerici Alemannie non teneantur ad solucionem medietatis proventuum suorum licet sint absentes sicut statutum fuit de aliis regionibus.

Innocentius ep. s. s. dei venerabili fratri . . archiepiscopo Maguntin. s. et ap. b. Licet propter urgentes necessitates et imminentia pericula terre sancte omnium ecclesiasticorum proventuum in ipsius terre subsidium per universas provincias (ohne Zweifel vicesimam zu ergänzen) colligi faciamus, necnon pro constantinopolitan. recuperatione imperii medietatem omnium ecclesiasticorum reddituum illorum qui in ecclesiis non resident statuerimus exhi-

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM

bendam: quod tamen in Alemannia huiusmodi vicesimam colligi et redditus non mandaverimus exhiberi nec mandare velimus te per has litteras reddere volumus certiorem. Datum Lugduni XV. kl. oct. pont. n. a. III.

XXXII. Innocencii IV. indulgencia in festivitate trium regum annuatim concessa.

Gedruckt nach der Gelen'ſchen Copie Quellen II, Nr. 256. Varianten: ac laudabiliter. habundantia. beneservientibus in einem Wort. ei quasi quibusdam illectivis muneribus indulgentiis scilicet et remissionibus . coruscantia. penitentia annis singulis misericorditer rel.

Datum Lugduni VI. kl. aprilis pont. n. a. IV.

Brought to you by | New York University Bobst Library Technical Services
Authenticated
Download Date | 7/12/15 4:12 AM